UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Eiusdem, ex quaternione XXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

inquit, *eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt Deus ſuper omnia.* Primo hominem eſſe fatetur; mox ob eam quam cum Deo ſortitus eſt ſocietatem, hominem illum Deum appellat; ne quis videlicet Chriſtianos hominem colere ſuſpicetur.

Eiuſdem, ex quaternione XXVII.

Verum vt rerum omnium opificem Deum appellamus; & Moyſen rurſum Deum. ait enim: *Conſtitui te Deum Pharaonis.* & Iſrael filium Dei: *Nam filius*, inquit, *meus primogenitus Iſrael eſt.* & ſicut Saül appellatur Chriſtus: *Non enim*, inquit, *iniiciam manum meã in eum, quia Chriſtus Domini eſt.* & de Cyro ſimiliter dictum eſt: *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro.* & Babylonios ſanctos: *Ego enim*, ait, *præcipiam eis: ſanctificati enim ſunt; & ego ducam eos.* ita quoque Chriſtum Dominum & Deum, & filium, & ſanctum, & Chriſtum appellamus. Verumtamen licet nominum communicatio ſimilis ſit, dignitas tamen non eadem exiſtit.

Exod. 7. — Exod. 4. v. 22. — 1. Reg. 24. v. 7. — Iſai. 45. — Iſa. 13. v. 3.

Item, eiuſdem ex quaternione XV.

Phil. 2. v. 5.

Hoc ſapite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu: qui cum in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens. Non dixit: Hoc ſapite in vobis, quod & in Deo Verbo, quod cum in forma Dei eſſet, ſeruilem formam accepit: ſed voce Chriſti, tamquam vtriuſque naturæ notionem complectente, accepta, ſine periculo illum & ſerui formam ſumpſiſſe aſſeuerat, & Deum nominat, di-

φησὶν, ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός. ὁμολογεῖ τὸν ἄνθρωπον πρότερον, καὶ τότε τῇ τοῦ θεοῦ συναφείᾳ θεολογεῖ τὸ φαινόμενον, ἵνα μηδεὶς * ἀνθρωπολατρείαν τὸν χριστιανισμὸν ὑποπτεύσῃ.

* ἀνθρωπολατρείαν

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ, τετραδίου κζ'.

Ἀλλ' ὥσπερ ἐλέγομεν θεὸν τὸν τῶν πάντων δημιουργὸν, καὶ θεὸν τὸν Μωϋσέα· θεὸν γὰρ, φησὶ, τέθεικά σε τοῦ Φαραώ· καὶ υἱὸν τὸν Ἰσραὴλ τοῦ θεοῦ· υἱὸς γὰρ, φησὶ, πρωτότοκός μου ὁ Ἰσραήλ. καὶ ὥσπερ ἐλέγομεν Χριστὸν τὸν Σαούλ· οὐ μὴ γὰρ, φησὶν, ἐπιβαλῶ τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτὸν, ὅτι Χριστὸς κυρίου ἐστί. καὶ τὸν Κῦρον ὡσαύτως· τάδε λέγει, φησὶ, κύριος τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ. καὶ τὸν Βαβυλώνιον ἅγιον· ἐγὼ γὰρ, φησὶ, συντάξω αὐτοῖς. ἡγιασμένοι εἰσὶ, κἀγὼ ἄγω αὐτούς. οὕτω λέγομεν καὶ τὸν δεσπότην Χριστὸν καὶ θεὸν, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον, καὶ Χριστόν. ἀλλ' ἡ μὲν κοινωνία τῶν ὀνομάτων ὁμοία, οὐχ ἡ αὐτὴ δὲ ἀξία.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ, τετραδίου ιε'.

Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. οὐκ εἶπε· τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν τῷ θεῷ λόγῳ, ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, μορφὴν δούλου ἔλαβεν· ἀλλὰ λαβὼν τὸ Χριστὸς, * ὡς τῶν δύο φύσεων προσηγορίαν σημαντικὴν, ἀκινδύνως αὐτὸν καὶ δούλου μορφὴν ἀναλαβεῖν, καὶ θεὸν ὀνομάζει,

* [illegible]